UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

346. Christus Petro suas oves committit.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56533

Visual Library

quaginta tribus. Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. *Ioan. 21. ℣. 9. 10. 11.*

II. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? ſcientes, quia Dominꝰ eſt. *Ioan. 21. ℣. 12.*

III. Et venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter. Hoc jam tertiò manifeſtatus eſt Iesus diſcipulis ſuis, cùm reſurrexiſſet à mortuis. *Ioan. 21. Verſ. 13. & 14.*

MEDITATIO CCCXLVI.

Chriſtus Petro ſuas oves committit.

I. CVm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. *Ioan. 21. ℣. 15.*

II. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. *Ioan. 21. ℣. 16.*

III. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine, tu

Omnia nôſti: tu ſcis, quia amo te. Dixit ei: Paſce oves meas. *Ioan. 21. v. 17.*

MEDITATIO CCCXLVII.

Chriſtus Petro prædicit genus mortis.

I. AMen, amen dico tibi: cùm eſſes junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas: cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis. *Ioan. 21. v. 18.*

II. Hoc autem dixit, ſignificans, quâ morte clarificaturus eſſet Deum. *Ioan. 21. verſ. 19.*

III. Et cùm hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me. *Ioan. 21. v. 19.*

MEDITATIO CCCXLVIII.

Chriſtus Petrum curioſiùs de Ioanne quærentem corripit.

I. COnverſus Petrus, vidit illum diſcipulum, quem diligebat IESUS, ſequentem, qui & recubuit in cæna ſuper pectus ejus, & dixit: Domine, quis eſt, qui tradet te? Hunc ergò cùm vidiſſet Petrus, dixit IESU: Domine, hic autem quid? *Ioan. 21. verſ. 20. & 21.*

II. Di-